

AD LIBRI X. CAPUT XII. 1. 2. XIII. 1. 2. 361

hinc *catapulta* Sulp. Guelf. *catapultam* Wrat. Denique *rebus* omittit Wrat. *et duces et victores et civitates* Sulp. dedit.

AD CAPUT XIII. (vulgo XIX.)

*Primum ad oppugnationes* — Hinc Wrat. Capitulum XXIV exorditur, recte. Vulgo antecedentia: *De his rebus — defensae esse possint.* huic capiti accesserunt, quae ex more hucusque in Vitruvii libris observato ad praecedens reieci.

*Carthaginienses* — Sulpic. Guelf. Wratisl. *Carthaginenses.* Deinde *Gadis* Guelf. Postea *moliri* Guelf. Wratisl. Denique *habuerint* Guelf.

*deiciebant* — Wrat. *deiciebant.* Deinde *communionem* Cotton. *commotionem* Guelf. a prima manu habet scriptum.

2.

*faber — Pephasmenos* — Vatic. *Pephrasmenos.* Ita etiam Fran. a secunda manu, cum Vossiano. Contra Guelf. Wratisl. *Phephrasmenos.* Athenaeo mechanico, cuius locum ex Codice quodam edidit Turnebus Advers. 23, 31 (antequam in Editione Parisiensi publicaretur anno 1693 p. 1 — 12. Eundem locum postea ex Codicibus duobus Mediceis cum figura arietis prodidit Rigaltius in annotationibus ad Onosandri Strateg. p. 46 seqq. anno 1600.) Athenaeo igitur *ναυπηγὸς Τύριος, ᾧ ὄνομα ἦν Πεφασμένος,* dicitur. Ceterum Athenaei mechanici aetatem Casaubonus multis seculis deprimit infra Ctesibii tempora, quocum tamen vixisse una cum Philone Byzantio et Herone Ctesibii discipulo aut paulo postea constat ex mentione Ctesibii facta ab ipso Athenaeo p. 8. Qui vero vetustiore Athenaeum facturi nituntur dedicatione libri ab Athenaeo Marcello inscripti, quasi is fuerit Marcellus, qui Syracusas expugnavit, ii falluntur egregie et ipsius Athenaei testimonio facile convincuntur, ut admonuisse video etiam Schweighaeuserum ad Athenaei librum 4 p. 637.

*inductus* — Wratisl. *inductos.* Sequens *in ante reducendo* omittit cum Philandreis Laetiana.